



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

257

SVPREMVM OFFICIVM,  
V I R O  
SVMME REVERENDO, MAGNIFICO,  
ET EXCELLENTISSIMO,  
D O M I N O  
I O. G E O R G I O  
N E V M A N N O,  
D O C T O R I E T P R O F E S S O R I  
T H E O L O G O, D E E C C L E S I A O R T H O -  
D O X A I M M O R T A L I T E R M E R I T O, T E M P L I  
O O. S S. P R A E P O S I T O, C O N S I S T O R I I E C C L E S I A S T I C I  
A S S E S S O R I, A C A D E M I A E B I B L I O T H E C A R I O,  
E T H. T. O R D I N I S S V I  
D E C A N O,

*DIE V SEPTEMBRIS, A. c17 17 CC IX,*  
CVM SVMMO OMNIVM BONORVM LVCTV AC MOERORE  
DEFVNCTO,  
DIE VIII EIVSDEM  
IN TEMPLIO AD ARCEM PROPE  
TVMVLVM LVTHERI CONDITO,  
ET XV DIE  
EXEQVIIS SOLENNIBVS  
COHONESTATO,  
PRAESTITVM  
A  
COLLEGIS, FAVORIBVS  
ET AMICIS.

---

VITEMBERGAE, PRELO CHRISTIANI GERDESII.



Eucoreæ praelustre Decus, *Neu-*  
*manne*, per orbem  
Inclute, quaque fides, qua pietas-  
que patet.

Almam exornasti, *Doctor celeberrime*, nostram  
Qui satis exuvias hæc colat ergo Tuas?  
Vt Tua nunc anima in coelis sociata *Luthero*;  
Vt par in terris gloria utrumque manet:  
Sic Tua *Lutheri* nos iungimus ossibus ossa.  
Sit Tibi sancta, precor, sit sociata quies!

*Lugens scrib.*

GEORGIUS BEYER, D.

Acad. h. t. Pro-Rector.

**N***Eu*mannus moritur: *flent Musa, Tempa,*  
*Scholeque.*

*Hunc quis restituet? Gratia sola DEI.*  
*Hæc Nato & Vidue, Socrui quoque præstet*  
*amœnum*

*Auxilium, & servet Tempa, Scholasque*  
*precor.*

*Beatissimi Viri, Collegæ & Compatri honoratissimi,*  
*præmaturum obitum non sine luctu dolet*

CASPAR LOESCHER, D.

**P**ost tot *Theiologum* creberrima fata, *LV-*  
*THERI*

Ad tumulos *Pietas* obstupefacta stetit:

Postque graves planctus: *volo, præcipioque,*  
*NEANDRI,*

*Hic, ait, hic cineres, ossaq; sancta cubent.*

*Theologi Celeberrimi, Patroni, & Collegæ desideratissimi,*  
*præmaturum obitum acerbissime lugens scrib.*

GOTTLIEB VVERNSDORFIUS, D.

*Hæc*

**H**eu nimium fallax hominum spes! precipit annos  
Mens post cursuros, dividiturque labor.  
Occupat at miseris, fallit remobetque futuras  
Mors atrox curas, spe cadimusque bona.  
Iam, NEVMANNE, TIBI multos retulere labores  
Acceptos nostri, quos TUA fama dedit.  
At longe plures poteris prestare, superstes  
Ingenii si vis porro fuisset ea.  
Nunc nostras plorare vices, Te terque beatum  
Dicere, postremum nos decet atque vale.

IO. HENRICVS BERGERVS, D.

**N**Vntius ut magno mihi Te discrimine lethi  
Esse venit, præceps occupat ossa tremor.  
At postquam retulit subita Te morte peremtum,  
Ecce fuit toto pectore frigus iners.  
Heu sortem duram! quantis Ecclesia fatis  
Pressa gemit, quantum perdidit illa Ducem.  
Sanctior interea statuet Tibi turba trophæa,  
Quæ nulli poterunt diripiisse dies.  
Cetera mors perimit: manet invia gloria morti,  
Non hanc, non animam vis truculenta necat.

*Magni Theologi de Ecclesia, et Academia Summe meriti, immortalique ob id  
nomine dignissimi, mortem inopinatum acerbissime dolens scr. absens*

CASP. HENRICVS HORN, D.

**H**ostis eram Vrius semper, FANATICE, certus  
Sunt SIMILES, ideo nullibi tutus eris.  
GODOFR. SVEVUS, D.

**Q**uam te felicem dicam, quem forma LVTHERI  
In somnis SUPERVM jus sit adire domos?  
Hic: Multa es passus propter me: major at, inquit,  
Te manet & merces, quam reputare potes.  
I. B. VVERNHER, D.

**H**eu abiit Loescherus, obit NEVMANNVS! Vtrique  
Ut subeant similes munia, fata sinant.

*scr.*  
H. GRIBNER. D. P. P.  
Iam

**I**am prope tempus erat, lux, o! tristissima, mortis,  
 Quo medio spatio vesper & ortus eunt.  
 Ergo, cum sensit, mortem per viscera labi,  
 Compositus lecto, verba suprema dedit.  
 Fata vocant, moriarque libens, valeatis amici,  
 Hac, quam sum tuitus, Relligione cadam.  
 Dixerat: ad superas mox ivit spiritus aedes,  
 Et placidus clausit lumina pressa sopor.  
 O! liceat, spatio, tali succumbere morti,  
 Confecto, & dulci, Christe, quiete frui.

IO. GOTHOFR. BERGER, D.

**F**le, *VVieberga, Helicon luge, fle petra Sionis,*  
*Misnia fle, lachrymas Saxonia tota profunde;*  
*Nam luctus luctum sequitur novus: ecce columna*  
*Magna Scholæ Albiacæ nostræ iam corruit, atque*  
*NEVMANNVS noster vita defungitur, Ille*  
*Qui veræ fidei constans assertor est ore,*  
*Et calamo, fuit: Ore quidem secreta disertò*  
*Mortales docuit sancti mysteria verbi,*  
*Damnavitque alios, vario qui schismate famam*  
*Plus sitiunt, quam divinos sectantur honores:*  
*Hos domuit calamo, funis horum ora ligavit,*  
*Vt minus impeterent dias latratibus aras.*  
*Sed placuit summo, cuius veneranda voluntas,*  
*Quique suis novit bene consulere atque mederi.*

In communi luctu adscr.

D. CHRIST. VATER;

P. P. & Arch. Anhalt.

**O** Facies cœli tristes! Sol subtrahit orbi  
 Lumen, Christicolis officiumque negat.  
 Occidit heu! talis NEVMANNI morte beata  
 Stella polo, qualis vix reductura fiet.  
 Ast, ut magna DEI genti bona spondet origo;  
 Sic metuo, occasu ne ruitura cadat!

*Ha obitum Theologi summi lugebat*

IO. HENR. HEVCHERVS,

D. P. P.

Sic

**S**ic *VViteberga Tuus cecidit Laetantius alter*  
*NEVMANNVS, sacri spesque decusque Chori.*  
*Plangite: Parca furit: rapitur nunc omine tristi*  
*Et puer & iuuenis, Vir pariterque cadit.*  
*Ergo suavissonum modo ponite Barbiton, atque*  
*Myrtos Parnassus dirigat & doleat!*  
*NEVMANNVM luget merito hac Ecclesia. Namque*  
*Defensor fortis Religionis erat.*  
*Sis, DEVS, hinc praesto! des pacem & tempora fausta,*  
*Ac alios fortes substituas Vigiles.*

IOH. CAROLVS NAEVIUS, D.

**M**ature nimium docto subducitur orbi  
*NEVMANNVS, Pindi Pieridumque decus.*  
*Eusebie vatem peracerbo funere raptum*  
*Plorat, & assiduis imbris ora rigat.*  
*Herois gessit magni qui bella tonantis*  
*Viribus, & praeda cessit ab hoste gravis.*  
*Hinc, quia continuis visit certamina curis,*  
*Mature meritis pulchra corona datur.*

IO. PAVLVS SCHROETER, D.

**Q**ui zelum *NEVMANNE, tuum, calamumque secundum*  
*Noscunt, Leucoridos tristia fata dolent.*  
*O utinam vindex ne desit idoneus alter,*  
*Qui pietate pari muuus obire queat!*

Ita praematurum famigeratissimi Theologi obitum luget

IOANNES BAPTISTA RÖSCHELIVS, D.

**E**lecta gentis decumbit fida columna,  
*IVIR, quem condecorat pietas, prudentia vita,*  
*Musis subsidium & requiem qui tempore quovis*  
*Attulit, hunc merito lacrymatur doctor orbis.*  
*Ast, & si linquat vitam hanc, tamen incluta fama*  
*NEVMANNI semper vivet post fata superstes.*

Theologo, de Ecclesia Christi immortaliter merito, Collegae  
conunctissimo, iusta per solvovens f.

IO. CHRISTOPH. VVICHMANNSHAVSEN,  
LL. OO. Prof. Publ.

**L**ucoris obducas tristi velamine vultum,  
*Et gemebunda novis ora riges lacrymis.*  
*Multa TIBI Reçtor metuenda minatur Olympi,*  
*Mens praesaga mali Te fugit astra petens.*  
*Doctores linquunt cathedras & pulpita templi,*  
*Cessat consilium, mors rapit atra senes.*  
*NEVMANNVS sequitur Manes, Heu tristia fata!*  
*Luctifica plangunt pectora Pierides.*

Claudi-

Claudatur os *Sophiæ*; lætantur Numinis hostes,  
Morte perit palmam victor ab hoste ferens.  
NEVMANNI Manes ornant victricia signa,  
Gloria perpetuo non moritura manet.

Obitum Magni Theologi lugens scrib.  
GEORG. FRID. SCHROEER,  
Log. & Metaph. P. P.

Siccine divinum NEVMANNI pectus habebit  
In manibus mors atra suis? sic candor, & ingens  
Virtus, & zelus pro puro dogmate Iovæ,  
Strata iacent? sic ille ruit? sic ille minatur  
Maiores casus? doleo communia fata.

*Incomparabilis Theologi, Fautoris coniumbrissimi amicissimique,  
iacturam ita desit*

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, P. P.

**N**ondum scivimus satis est, immania fata  
Instant scivimus nunc repetendo suam.  
Ecce, cicatricem que vix duxere vetusta,  
Rescindunt alte vulnera cade nova.  
Lencorea, merito lugendum, plangite, *Muse*,  
Quando DEVS vestrum mors inopina rapit.

*Observantia luctusque restandi causa scripsit*

HENR. LEONH. SCHVRZFLEISCHIVS, D.

EPITAPHIVM.

**O**ssa Tuis tumulis sunt proxima, magne LVTHERE,  
NEVMANNI: talem promeruisse situm.

*Magni Theologi, Dn. D. NEVMANNI, funus prematurum  
vehementer luget*

IO. ANDR. PLANERVS, P. P.

**Q**uam longe extendit Divus nomenque, decusque,  
Factis, & scriptis, promeritisque suis,  
Tam late extendit causam meroris ad omnes:  
Omnia nam resonant funere, *Diræ*, *Tuo*.

*Præceptoris suo, sanctissime post fata colendo, eidemque  
Patrono optimo longeque meritissimo, honoris  
supremi testificandi causa scripsit mæstissimus*

HENR. CLAUSING! Mor. P. P.

**M**agnus eras vivens, major post funera fies.  
Nam fueras terris fortis athleta DEL.

*Diræ ultimum honoris officium persolvit*

A. BRENDELIVS, D. P. P.



**N**EVMANNVS cecidit, *Sophia laus nobilis una*  
*Sacræ, & Theologica cognitionis apex.*

*Hinc merito gemit hacce SION, quam lastra beato*

*Quatuor ore tenus dogmate perpoliit.*

*Tristitia est cobibenda tamen: Fama ipsa superstes*

*Vidit in his terris, sicut in ade poli.*

*Mœstissimo animo apponebat*

**ERNEST. CHRIST. Schrödter /**

*Math. Inf. Prof. Publ.*

---

**A**fflicti merito vicibus tot digna Lutheri

*Pulpita lugemus, fata dolenda Virum.*

Nam NEVMANNVS abit nostratis gloria Pindi

*Insignis doctrina, eloquioque potens.*

Vulnere ferali venerabilis ordo fatiscit

*Denuo: Sionis respice fracta DEVS!*

*Iacturam tanti Theologi, Paroni meritissimi, se iuste deslet*

**D. CHRIST. ERNEST. MVSIGK,**

*P. & Super. Belzig.*

---

**N**on raro afficiunt aliorum funera notos,

*Cognatos, cives, progeniemque simul:*

*At Nosser nimium properata morte peremptus*

*Omnes prosternet, conficietque bonos.*

*Non solos notos percellat, progeniemque,*

*Inveniet tota mæror in Urbe locum.*

*Ita graviter percussus luget*

**M. B. HILDEBRANDT, D.**

---

**E**st obscura quidem methodus divina, sed æquum

*Est, quicquid cæli curia sancta iubet.*

Alter obit citius, tarde alter; non tamen horis

*Mors bona, sed fidei lance probanda venit.*

**IO. CASP. Brendel / D.**

---

**Q**ui vindex pietatis eras, veri hostibus instans,

*Victor cælestis digna brabea capis,*

*Vicisti mundum, scrutaris dogmata cæli,*

*Ante negata capis, quæ lanare, patent.*

*Mœstissimo animo scrib.*

**H. THIELEMANN, D.**

---

**Q**uem Pietista Virum longo vicisse nequibat,

*Impia non longo tempore Parca rapit.*

*Ille quidem cecidit: sed laus post funera semper*

*Vivet: in hanc nil mors juris habere potest.*

**CHRISTIANVS TEMMICH, D.**

*Academ. Proto-Not.*

b 2

Sbr

**I**hr MUSEN: Söhne weint / ach weint / ihr seyd verlassen /  
Weil Eure Lehrer ziehn ein ieder seine Straßen /  
Der Heure **P**feiler geht / wohin sein **G**OTT ihm rufft /  
Der **G**roße **K**reuzmann steigt in Todten-Sarg und Grufft.

Ein Mann von Wissenschaft / von Wis und hohen Ehren /  
Der Reich- und Armen Trost / durch rathen / helfen / lehren ;  
Drum seuffze **W**ittenberg / du güldner Ring der Stadt /  
Die Gottes Wort in sich an statt des Steines hat:

Ach Schade / das so früh der Mund wird zugeschlossen /  
Aus dem der **J**esus-Trost so mildiglich gelossen !  
Der **E**ngel / welcher uns das Wort des Lebens bracht /  
Von seinen Schaaßen nimmt so schleunig gute Nacht.

Ach klag' du / **E**dles **M**auß / laß Trauer-Thon erklingen /  
Dieweil dein Pfeiler fällt / der Eh-Ring thut zerspringen !  
Denn mit der scharffen **S**enf des grimmen Würgers Hand  
Zerschneidet unverhofft das Eh- und Lebens-Band.

Nun sinck Er blas dahin / bückt sich zur Grabes-Höle /  
Der Engel-Wagen hobt die Tugend- edle Seele /  
Dalku schneller Gang ! doch wer die Kummer-Zeit  
Wechselt mit Ewigkeit / dem ist groß Glück bereit.

Darum / **B**etrübte / die Ihr **H**err und **V**ater klaget /  
Was ist es / das Ihr Euch mit Schmerz und Sehnen plaget ?  
Was hilft das Seuffzer-Ach ? Was nuzt der Thränen-Guß ?  
Halt' inn / was tadelt Ihr des weisen Himmels Schluß ?

Er ist aus Leibes-Weh' und Todes-Angst genommen /  
Er wird nun nicht zu Euch / Ihr aber zu ihm kommen.  
Bedenck / der Wunder-**G**OTT / sein **J**ESUS / hats gethan /  
Was der einmahl beschließt / kein Argz nicht wenden kan.

Laßt / **L**iebste / **M**utter / **S**ohn / das Hände-winden schwinden /  
Ihr werdet Ihn vergnügt im Himmel wieder finden :  
Er glänzt in güldner Cron / Ihn quälet keine Noth /  
Er ist verreis't zu **G**OTT / Er lebt / Er ist nicht todt.

So bedauert und betrauert seinen im Leben hochwerthesten  
Herrn Patron

**C**hristian Barlik / D. P. P. E.

J. S. und A. Leib-Medicus.

Qui

**Q**Vi populo sancto bene præfuit, atque sacratum  
Erudit mira dexteritate gregem,  
Migrat ad æternæ felicia secula pacis,  
Et sua cum sanctis gaudia tutus habet.

*Mastus deprop.*

MICHAEL GOTTOFR. ZIEGRA,  
Med. Doct.

**E**Meritos Phœbus cœli regione suprema  
A nobis iterum avertit anhelus equos.  
Nos contristatur sol a regione remotus  
Hac nostra, angustus & facit inde dies.  
Si, quando prius exhilarat nos gratia solis,  
Dulce fugit longe, cum fugit illa procul:  
Phœbeque si turbas tunc gaudia mille recessu,  
Cum spes sit, te ad nos velle redire brevi.  
Quid mirum nobis SIDVS PRAELVSTRE SIONIS  
Si fert occasu, nil nisi triste, suo?  
Occidit ah! noster NEVMANNVS, NOBILE SIDVS,  
Occidit Ecclesia: gloria magna piæ.  
Occidit heu! nobis nec quicquam vota precesque  
Possunt; non illum fata redire sinunt.  
Hinc TE deploro lacrymis, luctuque perenni  
Nam talis reditus est TIBI clausa via.  
Verum quid cupio? non fas, ita velle precari,  
Ora sint cineri, manibus atque TVIS.

IOH. GOTTOFREDVS KRAVS,  
I V L.

**C**Vr iam NEVMANNVS micat inter sidera cœli?  
Grande VIRI nequirit terra tulisse inbar.

Lugens adiecit

CHRIST. IACOB. HEIL,  
LICENT.

**V**etruer Sions' Held / ach weh! Du bist gefallen /  
Nun liegt der Küh'er Blick / der Lutheraner Schutz!  
Ach weh! wir können kaum noch diese Worte lallen:  
Nunmehr bieten uns die Flatter-Geister Trug.  
Man schleichet hie und da aus froher Lust zusammen /  
Mit frechem Übermuth das Häuffchen zu verdammen.

Wir geht der jähe Fall gewislich so zu Herzen /  
Dass eine Thränen-Flut das bange Seufzen hemmt /  
Es mehret sich der Schmerz bey meinen Kranckheits-Schmerzen /  
Weil mich / als starcke Flut / der Jammer überschwemmt.  
Denn wenn des Himmels Rath dergleichen Männer nimmet /  
So ist ein hartes Weh in kurzer Zeit bestimmt.

146

Nach Vater Israel / wie kanst du uns verlassen /  
Da neues Ungemach auf unsre Scheitel blist!  
Ella / lasse dich und deinen Mantel fassen /  
Indem auf diesen Sitz Abaddons Grimm erhist.  
Wer wird / wer will uns doch als Jona nun beschirmen /  
Man siehet überall / wie sich die Wetter thürmen.

Auch dich / bestürktes Nauch / hat Gottes Macht betrübet /  
Indem Er gar zu früh den Pfeiler nieder reist.  
Doch denke / welchen GOTT / als treuer Vater / liebet /  
Der wird / an Ambra statt / mit Vermuths-Rosi gespeist.  
Der Höchste weinet selbst / wenn seine Kinder weinen /  
Und pflegt im größten Schmerz mit Tröstung zu erscheinen.

Wohlan / wir wollen uns in Gottes Willen schicken /  
Er dencket ganz gewiß an unsre Blödigkeit /  
Er wird Sie / Wertheffe / mit seiner Huld erquickten /  
Den Frommen ist sein Hertz zu helfen sters bereit.  
Er wird uns auch hinfort noch solche Lehrer geben /  
Die aller Kezerey mit Nachdruck widerstreben.

Der schmerzlich betrübten Frau Wittve und samblichen  
Anverwandten schriebs zum kräftigen Troste

M. Augustus Wolff /  
Prediger.

---

Sic iam NEVMANNVM, Doctorem, amissimus, eheu!  
Quem nunc Thespiades, Pulpita, Templa gemunt.  
In quo vis mira ingenii, rarissima mentis,  
In quo acies, magni iudiciiue vigor.  
O damnum infandum! quod tota Ecclesia vera  
Ex NEVMANNI obitu sentiet usque dolens.  
Tu modo Iova iuva, huic succedat Iosua Mofi  
Illius plenus spiritu, & arte valens.

*Magno Theologo, & omni encomio maiori, constanti  
acerbissimi doloris causa ponebat*

M. IO. MICHAEL REISMANNVS,  
Ecclesiast.

---

Dffluat in lacrymas, iustosque Ecclesia planctus  
Edat, & hunc casum Leucoris alma gemat.  
Indue confisos vultus, Vireberga, doleque,  
Dum moritur NEVMANN, religiosa fides.

Defen-

*Defensor fidei, purgati dogmatis auctor,  
Cum studio fugiens crimina quaeque gregis.  
Desuper exaudi, Numen, pia vota Tuorum;  
Emolli luctum: gaudia mille precor!*

Mortem inclyti Theologi, & de omni cœtu Christi orthodoxo  
immortaliter meriti, acerbe dolens apposuit

M. IO. HENR. REISMANNVS,

Ecclesiast.

---

**D**u verborgner GOTT! in was vor schwere Zeiten  
Läßt du uns fallen ein / die Kirche wird gedrückt!  
Die Lehrer / welche Ihr den rechten Weg bereiten /  
Die werden durch den Tod von dieser Welt gerückt:

O du verborgner GOTT! was haben wir verschuldet?  
Daß du auf diesen Ort so schlägest immer zu:  
Die Lehrer haben nie die falsche Lehr geduldet /  
Und gleichwohl gehen Sie ganz unverhofft zur Ruh.

Der theure Neumann hat den Abschied uns gegeben /  
Der Luthers reine Lehr mit Eifer fortgesetzt /  
Der vor der Kirchen Heyl aufopferte sein Leben /  
Der dir zu dienen nur höchst-seeligst sich geschäft;

Ein Mann / in dem Verstand und Weisheit war zu finden /  
Der diesem Elb-Athen viel Segen hat gebracht /  
Der in den Herzen kont des Glaubens Feur anzünden /  
Der hat / o harter Schlag! gegeben gute Nacht.

O du verborgner GOTT! wir müssen billig weinen /  
Die Kirche seuffzet wohl: Es ist sehr grosse Noth!  
Gott laß ihr wiederum die Gnaden-Sonne scheinen /  
Schüß' ihre Lehrer doch / O du verborgner GOTT!

M. Hermann Becker /

Adjunct.

---

Ihr Völker / hört ihr nicht /  
Wie unfer Zion klagt / und mit Betrübniß spricht:  
Der HERR hat mich verlassen!  
Denn ihre Helden werden rar /  
Und ihre Kinder sorgen für Gefahr.

Ist ist ein Fürst in Israel gefallen,  
Wodurch bey allen  
Ein grosses Schrecken wird gespühet:  
Der Grosse Neumann wird ins Grab getragen/  
Der allezeit die Feinde hat geschlagen/  
Wenn Er des HEYDEN Krieg geführt.  
O Himmel / forgst du nicht mehr vor die Deinen ?  
Warum läßt du uns immer weinen ?  
Nun werden deine Feinde jubiliren ;  
Denn wenn der Löwe ruht /  
Und keinen Widerstand mehr thut /  
So können sich die Füchse erlustiren.  
Ich aber will ein neues Trauer-Jahr  
Um meinen Lehrer feyern ;  
Denn / der mir als ein Vater war /  
Muß meinen Schmerz durch seinen Tod erneuern.  
Ach Höchster / laß durch deine Krafft  
Die Brüche Zions heilen /  
Denn wo du nicht wirst eilen /  
Ist niemand der uns Hülffe schafft.

So klaget über den unschätzbaren Verlust seines grossen  
Gönners ;

M. Augustus Müller ;

Fac. Phil. Adj. & Theol. Cand.

---

**O**Mnia nigrescunt, dum vivere desinit ille;  
Magni qui nobis luminis instar erat.  
Has at dispellat tenebras Clementia Iovae,  
Exhilaretque alio pectora sole, precor.

IOAN. GEORG. HOICHEISEN,

Facult. Philos. Adj.

---

**E**heu! NEVMANNVS, Vitebergæ gloria magna,  
Relinquit mundum, lucis amore flagrans.  
Quem merito stupuit Doctorem Teuto fidelem,  
Is nunc calituum recta beata petit.  
Orbis grande decus moritur, lumenque recedit,  
Nec curat nostras trux Libitina preces.  
Plangite Pierides, vestrum desite Patronum,  
Leucoris ex animo carmina mæsta cane.  
Ad præsens funus cunctæ concurrite Musæ,  
Maximus est luctus, prægravis ipse dolor.  
Induite atratas solenni more recepto  
Vestes, & MAGNO solvite iusta VIRO.

h.

Ingeme gens Christi, fatis es pressa malignis,  
 Tota domus plora. Prob! Tua fulcra ruunt.  
 Vulnera, Summe Deus, quæ sunt inflicta Sioni?  
 LVTHERI cathedram, quæ mala fata premunt?  
 In quæ servasti Numen nos tempora serva?  
 Quantis Eusebie steribus ora rigat?  
 Verum quid doluisse iuvat? quem secla futura  
 Laudabunt, huius fama perire nequit.  
 Vixisti, Alme Pater, nulli pietate secundus,  
 Fudisti assiduas sanctus ad astra preces.  
 Prisca fides, candor, gravitas & mascula virtus,  
 In TE perpetuo conspicienda fuit.  
 Lumen eras cunctis non uno nomine magnum,  
 Insimul & nostræ magna columna Scholæ.  
 LVTHERI vindex constans, sincerus, acutus,  
 Summus eras, HEROS, Marte nec arte, cadens.  
 Singula quid referam? TV A splendida facta loquuntur,  
 Quæ memoranda tamen non sine laude forent.  
 Verum plura dolor prohibet, gemebundaque Musa  
 Nescit de tanto dicere verba VIRO.  
 Hinc NEVMANNE vale, letum TIBI grator Olympum,  
 Eternæ vitæ gaudia summa cape.  
 Adque latus Tua Lutheri simul ossa quiescant,  
 Atque Tuo cineri grata parentet humus.  
 Postremo grates, CONSUMMATISSIME DOCTOR,  
 Accipe pro meritis, innumerisque bonis.  
 Certe largus aquas fluidas dum Rhenus habebit,  
 Ipse Tuæ patriæ, DIVE, superstes eris.

Incomparabilium meritorum Theologo, Patrono, Præceptori, &  
 Hospiti suo desideratissimo, demissæ observantiæ & grati animi  
 declarandi causa mœtissimus hæc dabat

M. IO. IACOBVS Ferber / Argentor.  
 S. S. Theol. Cand. & Ord. Phil. Adscript.

Hic consummatum nihil est. Sunt secula manca,  
 Quois consummatum nemo vocandus erat.  
 Si tamen est consummatum quis iure vocandus,  
 Tanto NEVMANNVS nomine dignus erat.  
 Flete Virum populi, docuit quos, flete clientes,  
 Tu Collegarum concio fletu Virum.  
 Fle Viteberga Virum, quo cum Tibi concidit ingens  
 Et decus, & lumen, fle Viteberga Virum.

Præceptorem exoptatissimum sic lugebat

M. FRIDERICVS STRVNZIVS,  
 Ord. Philof. Adscr.

d

Quid

**Q**uid luges, longosque trabis de pectore fletus,  
 Quidque Tuos desles, Leucoris alma, PATRES?  
 Linqvit LOESCHERVS Te, qui decus omne Tuorum,  
 Nunc & NEVMANNVM sustulit atra dies.  
 Ast parcas lacrymis, sic fert diuina voluntas,  
 Sicque DEO placuit distribuiffe TVOS.  
 Omnia fausta tibi! tibi lumina magna supersunt,  
 Quae splendent cathedris, quas habet Alma Sion.  
 Alter adest AARON, superest WERNSDORFIVS alter,  
 Zelotes Pinchas, qui tua templa colunt,  
 Et, si par abiit, debinc par nobile PATRV M,  
 Quid damni? profunt nunc, ut & ante Tibi.  
 Commoda sic alter tua iam procurat in aula,  
 Ac arcet longe, quae tibi-cunque nocent.  
 Proque salute Tua, ad superos qui transit alter,  
 NEVMANNVS poscit supplice voce, DEVM.

His moelissimum obitum summi & consummatissimi Theologi,  
 Celebrissimi Dn. D. NEVMANNI Patroni ac Praeceptoris sui in  
 cineribus etiam omni pietate devenerandi, Vittebergam lugen-  
 tem consolatur

M. IOHANN. CASPAR Krause/  
 Facult. Philos. Adiunctus.

**C**Vr Sion profert gemitus acerbos  
 Sancta? Cur doctae lacrymant Athenae?  
 Cur madet moelstis lacrymis sacellum  
 Arcis amoenae?

Sava NEVMANNVM Libitina NOSTRV M  
 Florida vita spoliavit, atque  
 Obnigrae terrae gremio profundo  
 Condidit eheu!

Hicce NEVMANNVS populi sacriati  
 Praeses, & ductor rutilabat inter  
 Nomine insignes, velut inter ignes  
 Luna minores.  
 Sicut in mundo nituit peremptus  
 Morte; sic caelo radiat perenni.  
 Plangimus coetum, cui nunc carendum  
 Praesule tanto.

Ast fatis Lethi: venias precamur,  
 O pater, qui res hominum gubernas,  
 Parce nobis, & cohibe furorem,  
 Parce Camenis.

Leuco-



Leucoris cura Tibi sit, diuque  
Tu Patres ferves reliquos, iuuenta  
Laeti ut interfint, redeantque sero  
Splendida ad astra.

*Calamo lugente scribebat*

M. IOANN. ADAM. CALO,  
Ord. Phil. Adiunctus.

---

**I**am sua considerat NEVMANNVS lumina divus,  
Cum Pietas, sparsis conspicienda comis,  
Flevit, et, o, dixit, non parce, parcite, Parce,  
Parcite, mox oculos abdidero ipsa meos.

*Fortissimo doctrina Christiana vindici, Patrono quondam &  
Amplificatori suo summo, exquisito cum doloris sensu,  
nec sine lacrymif, fudit*

M. SAMVEL CNAVTHIVS,  
Milenensis.

---

**Q**vo cingebatur, ceu vallo, Ecclesia Christi,  
NEVMANNVS fatis cedit, obitque diem.  
O festinatum nimis, o lacrymabile fatum!  
Lux abit, & terras dira caligo manet.  
O Deus, irato qua pectore fata minaris,  
Dum nobis tantum furripis inde Virum.  
Plangent ergo omnes Verumque Fidemque colentes,  
Et queis accendit cor pietatis amor.

*Tristissima mente haec apponebat cliens maestissimus*

M. Hiob Wilhelm FINCELIVS,  
Viteb. Saxo.

---

**A**mbrosius, Viteberga, tuus, Basilus & alter,  
Iam rapitur, sacri gloria quanta chori.  
NEVMANNVS vix alter erit! Clamans, moriente  
Hoc, Pietas, falsis ora rigavit aquis.

*Honori supremo Patroni & Doctoris maximi  
dare debuit,*

M. GODOFREDVS VVAGNERVS,  
Lütreboc. Saxo.

---

*Kaſer*

Κείσαι καὶ ΣΥ, ΠΑΤΡΟΚΛΕ, μετ' Αλακίδην ἔχ' ἄρισε,  
Σὺν δέ γέ τοι Τροίης κείται ὁ ἀντίπαλ' ὅ  
ΠΑΤΡΟΚΛΑΟΝ πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν δύσκολ' ἕκασ' ὅ  
Κλαίοι, τήνδε κακῶν ἰλιάδ' εἰσορών.

συγγραφεὺς αὐτοχειράζων

Μ<sup>ς</sup> Γεώργι' Ὁσύργι' ὁ Ὀρυλλίτι'.

Ἀνδράσιν ἐν μογεροῖς νημερτέος ἔμμορεν ὄλβου  
Παντοίης ἀρετῆς καὶ Σοφίης κρατέων.  
Εἶτα δὲ τὰς ἀρετῆς ὀμφας, Σοφίης τε βέεθρα  
Ες τιμὴν προσάγων ἀθανάτοιο Θεῷ.  
Ὅττος ἀν' ἦθα, ΝΕΑΝΑΡΕ, παρὰ κρήνησι τραφέντα  
καὶ Σοφίης κ' ἀρετῆς ΕΥσεβίη σε λαλεῖ  
Νῦν δ' ἀπέβης. Τί τόδε; Ζωὴν ποθέσκες ἅπανσον.  
Ὅτ θήσκειν δ' ἀρετῇ καὶ Σοφίῃ τῷ ἔῃ.

συμπάγων scrib.

Ioannes Henricus Schönbach.  
Wiefenthal, Misn.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117  
W 118



SVPREMVM OFFICIVM,  
 VIRO  
 SVMME REVERENDO, MAGNIFICO,  
 ET EXCELLENTISSIMO,  
 DOMINO  
 IO. GEORGIO  
 NEVMANNO,  
 DOCTORI ET PROFESSORI  
 THEOLOGO, DE ECCLESIA ORTHO-  
 DOXA IMMORTALITER MERITO, TEMPLI  
 OO. SS. PRAEPOSITO, CONSISTORII ECCLESIASTICI  
 ASSESSORI, ACADEMIAE BIBLIOTHECARIO,  
 ET H. T. ORDINIS SVI  
 DECANO,

*DIE V SEPTEMBRIS, A. c17 17 CC IX,*  
 CVM SVMMO OMNIVM BONORVM LVCTV AC MOERORE  
 DEFVNCTO,  
 DIE VIII EIVSDEM

IN TEMPLIO AD ARCEM PROPE  
 TVMVLVM LVTHERI CONDITO,

ET XV DIE  
 EXEQVIIS SOLENNIBVS  
 COHONESTATO,  
 PRAESTITVM

A  
 COLLEGIS FAVORIBVS

